

# Domínica quarta post octa. epipha

propter decem iustos si tibi inveni fuissent. Multo magis propter sancta opera vigilias et orationes bonorum multo. Ad idem etiam exemplum in euangelio. Nam apostolus suscitauerunt christum de peccatis et dicentes. Domine salua nos. ad quorum peccamina ipse et omnes in nauis saluauit. Rogemus ergo christum ut det etc.

**D**omínica quarta post octauas epiphaniae Sermo super euangelio.

## Simile factum est

regnum celorum sicut homo qui seminauit bonum semen in agro suo. Matth. xiii. et in euangelio hodierno. Abarissimi christus dominus sepius in euangelio regnum celorum terrenis rebus comparauit et assimilauit sicut Gregorius. Iuxta et his qui animam inuit surgat ad incognita que non nouit. et exprophetia uisibilium ad inuisibilia rapiat. ut ergo discat quod regnum celorum cognoscere et ad discipulorum ualeamus. et dicamus euangelium.

**I**n illo tempore dicit iustus discipulis suis pabolam hanc simile factum est regnum celorum sicut homo qui seminauit bonum semen in agro suo. Cum autem dormiret homines uenit inimicus eius et supereminauit zizania in medio tritici et abiit. Cum autem creuisset herba et fructus fecisset tunc apparuerunt et zizania. Accedentes autem serui prae familiaribus dixerunt ei. Domine nonne bonum semen seminasti in agro tuo. unde habet zizania. Et ait illis. Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Quomodo et colligimus ea. Et ait. Nonne forte colligetes zizania et radice tunc cum eis simul et triticum. Sinite utraque crescere usque ad metes. Et in tempore metis dica metis uobis. Colligite primum zizania et alligare ea in fasciculos ad comburendum. Triticum autem congregate in horrea meum. Matth. xiii. In hoc sacro euangelio quod quidem christus iesus locutus est cum sederet secus mare et congregate essent ad eum turba multe propter quod ascendit in nauiculam et ois turba stabat in litore: ac tunc locutus est eis haec et multa in pabolis: si cur habet in Mattheo. Dicit autem Augustinus. quod bechi storia fuit in mense aprili in kalendis prima die: hoc est post annunciationis marie festum. xiiii. die. et anno christi. xxxij. Quod sermo iste presertim in hoc sacro euangelio tria mysteria precipua notabimus.

Primum de tritici boni seminatioe.

Secundum de zizanie diaboli intermixtioe.

Tertium de uirtutibus finali recoditoe.

**A**ntea primum de tritici seminatioe quod dicitur seminatum in agro querit aliquis. Primum quis sit iste homo. Ad quod respondet Remigius. di. Regnum celorum hic appellat filius dei. quod ipse est beatitudo oim beatorum in regno celesti. hoc regnum dicitur esse homini quod homo facit et di filius qui seminauit bonum semen. Ite quod sicut in celo later gratia deitatis: sic in humanitate christi latuit uere deitatis gratia. Et tunc secundo quod designat in agro. Respondet sicut in doctrina. quod designant precipue duo. scilicet militans ecclesia et humana anima.

quod sicut ager excolitur multis laboribus et sudoribus sic christus ecclesiam et animam excoluit laboribus multiplicibus passionibus et sudore usque ad sanguinis suffusionem ut extirparet uicia tanquam in agro uerpres et spinas pullulantes. et sic mundaret sibi populum acceptabilem: ut dicit Irenaeus. Denique sicut uidemus in agro crescere plurima in utilia semina sine hominum labore. Sic et crescunt bona semina bonorum seminatorum tria facit. Primum apponit simum. Secundo aperit terram arando uel ligonifando. et sic seminat. Tertio irrigat. et sic crescere habet semina bona cum labore hominum. Sic christus qui bonus seminator factus in anima. et sic debet facere homo ut in eo crescant semina fructuum salubrium. per simi appositionem intellige agnitionem peccatorum que sunt fetida ut stercoza. Nec apponit christus quando inspirat aie ut recordetur peccatorum. Item aperit per confessionem terra nostri cordis et irrigat per laqueum effusionem. et sic fructificat anima in labore penitentie. Unde hortamur per iohannem baptista. Lu. iij. Facite dignos fructus penitentie. Nam securus ad radicem arboris posita est: hoc est mors desecans et plenti uita. Unde super haec Ambrosius dicit. Ne mihi si peccata non desecerit. uero. ut si penitentiis non egero. quia securus ad radicem arboris posita est: sic omnis arbor. homo non facies fructus bonum excidet et in igne mittetur eternum. Faciat ergo fructus qui potest gratiae debeat penitentie. ad est dominus qui fructum requirit. secundo uisificet. steriles damnet. Deculle. Tertio querit quid significet in tritico. Respondet sicut in Apoc. ad Audolphum: alioque. quod significat fides uera et sanctitatis doctrina ad faciendum opera uirtutum quod fructus uice eterne metes mus in futuro. et sicut et per triticum significat homo bonus in ecclesia existens. Sed heu multi sunt christiani seminantes uirtutum opera: qui enim in futuro uolunt metere triticum uirtutum. Contra quos apostolus Gal. vi. Nolite errare deo non irridet. que enim seminat ueritatem: haec et metet. Quis qui seminat in carne: de carne metet corruptiones. Quis uero stulte peccator: quod credis quod seminando uirtutem uel ordeum tibi possis metere triticum. Sic in proposito. Sed non tantum est quod sicut dicit Petrus de crescentijs. lib. iij. de rurali comodo. Triticum terra arata. scilicet argillulosam diligit et soluta medio criter. nimis autem soluta aut sabulosam refugit. in locis humidis et aquosis degenerat. et in lolium comutatur. Spirituualiter Triticum uirtutum plus diligit et fructificat in terra arata: hoc est in homine artam uiam diuine charitatis et adhesionis eligente. Matth. viij. Arta uia que ducit ad uitam. solutam autem tanquam sabulosam refugit. quia latratia que ducit ad perditionem multi ambulauerunt per eam. ut ibidem scribitur. Denique in locis humidis degenerat: hoc est in carnalibus. Proinde per triticum merito significant uirtutes scilicet humilitatis: pietatis: castitatis: sobrietatis: mititatis et patientie. charitatis et homini qui dominus iesus seminauit in agro ecclesiae

*Handwritten notes:*  
A-7 p. 122  
Domo pte. etc.  
ho. p. 122  
C. d. p. 122